

Translatio in jus Teutonicum Bonorum Wölicia Pruskowe  
in Districtu Varsaviensi

In nomine Domini Amen. ad rei memoriam sem- 31  
piternam de Nos Joannes Dei Gratia senior Dux  
Masovia et Russia terrarum Dominus et Heres Su-  
Significamus Omnibus et Singulis quod considera-  
tis et inspectis prout a fidelibus verocijjs nobis per  
nobilem Swantostlaum heredem de Pruskowe fide-  
liter exhibitis et impensis, et in posterum Christo duce  
nobis et successoribus nostris una cum ipsius posteris,  
eo ceteris impendendis, promissorum mentorum ob-  
respectum, villas ipsius sive hereditatis Pruskowe et  
Volicza Pecoccka vulgariter nuncupatas in distric-  
tu Varsaviensi sitas de iure Polonico in jus Teuto-  
nicum quod Szedwie dicitur transferimus de. Verum  
quia pro ipsius modi donatione incolae ipsius sive inha-  
bitatores villarum ipsius Pruskowe et Volicza Pecoccka  
predictarum singulis annis perpetuisque temporibus  
de quolibet manso culto et possesso ad quodlibet festum  
Beati Martini Confessoris et Episcopi venerandi per  
sex grossos pragenses nobis et successoribus nostris  
ratione annualis pensionis dare et solvere tenebuntur,  
in cuius recumpensam volumus, qui incolae Villarum  
predictarum ab omnibus nostris solutionibus, exactio-  
nibus contributionibus censibus et specialiter ab his  
qui sequuntur Sep, Obraz, Naraz, Porco, Vacca, Arie-  
te, Pozewne, Niestane, Pawskie, Sokotowe, Bobrowe,  
Przewod, Stróca, Podymne et ceteris collectis gravaz-

de ...

1456

minibus et iuris Polonicis vexationibus sint li-  
beri hic Datum 1456.

31

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint handwritten text at the bottom of the page.]*